

Angers 46 (lat)

INCIPIIT EPISTOLA QUI DE HEREDIBUS^a ALIQUID AT ECCLESIA DELEGAT

Lex Romana et antiqua consuetudo exposcit, |¹ ut unusquis homo, dum in suum contenit arbitrium, de rebus suis propriis aliquid pro anime suae compendium dare decreverit, licenciam habiat, et illud, quod ad loca sanctorum, ad congregacione monachorum confertur, numquam perit, sed ad memoriam eternam et iusticia repotitur. Igitur:

Ego enim in Dei nomen inlustro vir **illi** necnon et cogive mea inlustra matrona **illa**. Convenit nobis unianimiter pertractantis, ut aliquid de rebus nostris in monasterio nostro, quem communiter edificavimus, qui est in honore sancti **illius** |² infra muro Andecavis constructus, ubi **illa** abbadissa custor^b preesse videntur, concidere deberemus. Quod ad die presente visi summus fecisse. Hoc est locello^c noncupante **illa** in pago **illo**, id est in pago **illo** rem proprietatis nostris, quem de parente nostro, venerabile vir **illo** abbati, propria pecunia comparavimus, vel die presente nostra est possessio – hoc est cum terris, domibus, aedificiis, mancipiis, acolabus, viniis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, movilebus et immovilebus, iunctis et appendiensi[s]^d |³ abiecenciis in se habentis, ad se pertinentis. Cum superposito pro^e omni merito suo, ut diximus, ad predicta basileca vel congregacio ipsius eius vel rectore^f rem ipsa volemus esse translatum adque indultum, ita ut, quicquid exinde ab hac die iure proprio adque firmissimo congregacio ipsius utilitatibus monasterio ipsius elegeret, faciundae liberam habiat in omnibus potestatem, quia malimus te,^g sacrosancti ecclesiae in honore sancti **illius** in idipsum^h monastyrio hedifecateⁱ quam reliquis heredibus nostris. Quod si fuerit aliquid de heredibus nostris, qui contra hanc epistola cessione, quem bona voluntate pro nostris expiandis peccatis devovimus, venire [presumerit]^j aut contrarius a^k communiter |⁴ vel pulsator secterit^l prius a communiter^m ecclesiae chatholice sit pulsatus et eterne damnacione subiectus et insuper ariⁿ liberas **tantas**, argento pondus x sociante fisco, cuius pulsaverit, conponat; nihilominus^o epistola atque definicio nostra omni tempore firma et stabilis perduret.

^aHEREDIBUS] rebus *emendiert Roz, Zeu*

^bcustor] = custoditor = custos

^clocello] = locus

^dappendiensi[s] = appendentibus für appendiensi Fu₂; appendiciis *emendiert Mab*

^epro] *fasst Zeu als et auf*

^frectore] für sectore Fu₂, so auch Zeu

^gte ... ecclesiae] *lies tibi [esse], sancrosanctae ecclesiae ...; Zeu schlägt vor ein habere zu ergänzen*

^hidipsum] id ipsum Zeu

ⁱhedifecate] hedifecate Zeu

^jpresumerit] *ergänzt, fehlt Fu₂*

^ka communiter] *lies a commune; als Schreiberfehler gewertet und ausgelassen Mab, Zeu*

^lsecterit] = existeret; exstiterit *emendiert Mab*

^mcommuniter] *lies commune; communionem emendiert Mab*

ⁿari] = auri; aeri *emendiert Roz; auri emendiert Zeu*

^onihilominus] *für nihil homo in Fu₂; nihilhomoin ediert Zeu*

¹[fol. 170^v]

²[fol. 171^r]

³[fol. 171^v]

⁴[fol. 172^r]